



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

22 De etymologia dictionis Missa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

debere, & diuersa esse, asseuerant Ro. in l. v. liberis. 2. & 3. col. C. de colla. & Soc. in rub. ff. de li. & posth. n. 8. Quarto hanc posterio- rem opinionem, qua constanter asseueramus, sub his ver- bis, ex testamento, & ab intestato, minime contineri suc- cessionem contra testamentum, etiam in legitimationum re- scriptis, expressim probarunt Alex. cons. 30. lib. 4. in ratio- ne quam assignat scribens, aliud esse agere contra testamē- tum, aliud succedere ex testamento, aliud succedere ab in- testato, Soc. cons. 212. lib. 2. col. 3. vers. 6. hoc idem & Ludou. Go- zia. cons. 48. 2. 21. & 22. qui primo, hanc interpretationem ho- rum verborum, quam ego probaui, tradidit, & postea subdit, legitimum illum de cuius iure in eodem responso tractat agere posse contra testamentum patris. Non ex hac clausu- la, nec ex eius vi, ac potestate, sed ex aliis ipsius legitimo- nis amplissimis verbis, ex quib. & quia legitimitio illa ple- ne facta fuit, atque ideo multa habet ex iure privilegia, pro- prium responsum Goza confirmat adiciens, quod si huic clausula ex testamento, & ab intestato, foret adiecta dicto, tantum, vel ei similis, non posset legiti- mato dari successio contra testamentum patris, nec ius aduersus illum agendi. Quo fit, vt hac verba minime continent ius agendi con- tra testamentum, quia si id continerent, etiam in legitima- tionibus non admitterent eam significationem per dictio- nem, tantum, & ei similes, quę dubio procul non tollunt si- gnificationem illorū verborum, quibus adiiciuntur, illam extendere solent ad similia. l. ob se alienum tantum. C. de pre- diis iuris. & in clem. exiui. §. cumque autem natura. de verb. significat.

Non obertunt huic sententię, que in prioris opinionis pro- bationem adduximus, primum etenim opinor Grego. Lo- pez potius respondiisse iuxta communē illam ab omnibus que receptam assertionem, qua dicitur filio legitimo plea- na legitimatione competere ius succedendi, & agendi contra patris testamentum, quam secundum rigorem ho- rum verborum, ex quibus clausula ista, de qua disputamus, concipitur. Vnde doctissimi viri autoritas parum nostram conuellit opinionem.

Id vero, quod probare conabamur, scilicet non esse iure aliam successionem, quam ex testamento, & ab intestato, id verum est, nec negari poterit, nihilominus ius agendi con- tra testamentum, nec esse successionem ex testamento, nec ab intestato, & si aliquid istorum esset, nō equidem erit eo modo, vt necessario ita illic continueatur, quod concessio iure succedendi, vel ab intestato, vel ex testamento ei cui alioqui negatum legibus erat, concessum itidem censeatur ius agendi contra testamentum. Etenim postquam quis iure egerit aduersus testamentum, & in ea actione obtinuerit, tunc constabit successionem defuncti delatam esse suc- cessoribus ab intestato, iuxta dispositionem illam que tra- ditur in l. filia dotem. & in l. v. liberis. Cod. de colla. per Alber. Brun- in rub. de statutu. exclud. sem. arr. 10. que. 3. & 4. quidquid enim sit de illa controuersia an bonorum possessio contra tabulas ante aditam hereditatem, vel post in iudicium deducta, de- ducat successionem ad causam intestati, illud mihi videor iure asseuerare posse, possessionem bonorum contra tabu- las ideo dici à Iustiniano in §. sum autem. inst. de bon. poss. esse ex testamento, non quod tunc ex testamento succedatur, id etenim satis absurdum est, sed quia ad eius vsum præmitti- tur testamentum, quod ex ea rumpi debet iure pratorio, quasi dixerit Imperator, hanc bonorum possessionem non aliter dari, quam facto testamento, nec tamen ex ea succe- ditur, sed testamentum rescinditur, ab eaque ex occasione præritur & aperitur successionis via eademque ab intesta- to. l. v. liberis. cum his, quę Bar. not. in l. illud. ff. de bon. poss. contra tab. tametsi quia facto testamento decessit defunctus, etiam illud rescindatur, iure tamen pratorio, pura propriaque; inte- stati succeditur, siquidem testator testamentum fecit iure ciuili validum, quamuis quo ad effectum intestato illi suc- cedatur, cum testamentum fuerit pratorio iure rescissum, sicutandem Iuriscon. in l. filium. §. leg. ff. de bon. poss. contra tab. hanc successionem, quę datur contra tab. bon. poss. ab intes- tom. Cui accedit, quod qui ita succedit, auocat hereditatē ab herede scripto. l. emancipati. in prin. ff. de bon. poss. contra tab. Fit igitur, aliud esse ius succedendi ex testamento, vel ab intes- tato, aliud ius agendi contra testamentum, ex hoc siquidē vltimo iure testamentum rescinditur, ex altero succeditur. Quod satis erit ad primam contrarię opinionis rationem conuellendam. Nam etiam si præmittatur actio contra te- stamentum plerumque ad apericiendam viam successionis

ab in testato, non ex hac actio ipsa est successio ab inte- stato, nec includitur necessario in ipso iure succedendi ab intestato, cum id possit competere absque iure agendi ad- uersus testamentum.

Secunda ratio, qua vtebamur ad priorem opinionē pro- bandam, parum profecto vrget. Nam licet filius per sequēs matrimonium legitimatis, & per rescriptum principis, atq; in his similib. detur ius agendi contra patris testamentum, non competit ea actio ex eo, quod illi iure sint successores ex testamento, & ab intestato, sed quia ius ciuile illis filiis plena iura filiorum legitimorum concessit, tunc enim ex iuris ciuili amplissima concessione, & indulgentia filij a- lioqui à natiuitate illegitimi admittuntur contra patris te- stamentum, non tamen ex vi ac potestate illorum verborū quibus eis datur successio ex testamento, & ab intestato.

Tertia ratio ex Iasonis responso deducta tollitur, quo ad eius priorem partem ex his, quę paulo ante probauimus & idem Iason sensit, siquidem vbi agitur contra testamen- tū, dicitur improprie successio ex testamento in hunc sensu, quia non aliter potest ea actio deduci, quam facto tes- tamento, & eo quod id præmittitur factum appellatur ea successio ex testamento, non tamen vere succeditur ex tes- tamento, id est, ex voluntate testatoris, imo tractatur de eius voluntate rescindenda, & testamento rumpendo, eritq; quo ad effectum successio tunc ab intestato. Posterior autē pars non satis constat, quia etiam facto testamento potest contingere, & dari querela contra donationes inofficiosas ad earum rescissionem, tamen tunc filius illa bona iure portionis legitime quę sibi debetur rescissis donationibus obtineat, quasi ex causa intestati. Sic sane, vt & hoc iterum repetam, ego existimo distinguendum esse ius agendi siue contra testamentum, siue contra donationes inofficiosas iure succedendi, priori etenim preparatur via succedendi, posteriori vero succeditur.

Quibus diligenter ex propria dictionum significatione ob- seruatis, apparet, verba hæc ex testamento, & ab intestato hanc interpretationem admittere, vt ex testamento succe- datur secundum voluntatem testatoris ab ipso scripto tes- tamento, vel ab eius vltima voluntate deductam, ab intes- tato vero quoties defunctus vel is, de cuius hereditate agi- tur, nullum fecit testamentum, vel quod fecit, non fuit iure validum. Hinc denique deducitur, quod si filius naturalis, vel alioqui illegitimus, rescripto principis dispensationem obtineat, vel ius consequatur succedendi patri ab intestato non poterit is contra patris testamentum agere, quemad- modum Ias. aduersus Pau. de Cast. eleganter probat in rub. ff. de libe. & posth. num. 5. & 13.

CAPVT XXII.

Vnde originem habuerit dictio, Missa, qua pro summo sacrificio authores Ecclesia- stici vtuntur

Vocem istam, qua significamus passim summum sacri- ficium, in quo adhibita oblatione verum Christi cor- pus consecratur, & vsus sacramenti perficitur, latinam esse, quidam ex eo existimant, quod ea dictione vsi fuerint Theologi, qui Latine, & eleganter eius professionis studia attigerunt. Sed & eadem dictione vtitur Alex. Pontif. Max. eius nominis I. & à Petro VI. in epist. In sacramentorum, in- eius nominis I. & à Petro VI. in epist. In sacramentorum, in- quit oblationibus quę inter missarum solennia offeruntur passio domini miscenda est, vt eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur, vt repulsis opinionibus super- stitionum, panis tantum, & vinum aqua permixtum in sa- crificio offerantur. Hęc Alexander, quę Gratian. refert de consec. de dist. 2. ca. in sacramentorum, quod est vltimus distinctionis primum, multa tamen omittit, quę nos retulimus ex ipsius Alex. epistola, & tradit diligenti- us Burchard, lib. 3. c. 45. post Alex. Sixtus I. qui eidem sacrosit, auctore Damaso, insti- tuit, vt sacerdote incipiente actionem missarum, à populo cātaretur, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Huius verbi eam quidam arbitrantur esse rationem, quod missa accipiatur pro missione, quasi peracto sacri- ficio dimittatur populus, cum Diaconus ait: Ite missa est, ite missio est. Cui equidem interpretationi suffragatur, quod

quod apud Cyprian. *lib. 3. epist. in epist. 14.* remissa pro remissione accipitur. Qui autem, inquit, blasphemauerit in Spiritu S. non habet remissionem, sed reus est aeterni peccati. Idem Cyprian. *in lib. de bon. patientia.* Dominus baptizatur à seruo, & remissionem peccatorum daturus, ipse non dedignatur lauacro regenerationis corpus abluere. Hanc huius verbi rationem adnotauit B. Rhenanus in Tertullianum. *lib. 4. aduersus Marcionem.* & rursus *in lib. de corona milit.* & adsumitur origo eius rei à Grecis & Aegyptiis, qui cum sacris operati essent, missum populum faciebant, nec abeundi potestas prius cuiquam erat, quam sacrificulus pronunciasset, *2. mo. ap. 1. id est, populus missio.* Quemadmodum constat ex Apuleio *li. 1. de asino aureo.* quo in loco Beroaldus id ipsum obseruauit. Scribit & ad hanc Plutarch. suo tempore Romanos peractis votis Deos venerari, & in templis sedere ac permanere consueuisse. Re demum diuina, & caeremoniis peractis sacerdos, illicet, proclamat, quasi eos diceret iam abire licere, qui sacris interfussent. Quod Gregorius Gyraldus de deis gentium tradit syntagmate 17. & idem ex veteribus obseruauerat Seruus *in lib. 6. AENEID. super illud. Nonissima verba.* Proprius tamen huic obseruationi accedit ritus ille ac mos, quo veteres Christiani in initio legis Evangelicæ, & renascentis ecclesie utebantur. Olim etenim post confessionem, canticum, lectionem Euangelii, & exhortationem, ante ipsius historie consecrationem, imo & ante praefationem Catechumeni dimittebantur, quasi indigni forent, vt essent presentes tanto sacrificio, cum nondum sacrum baptismum suscepissent, & vocabatur hac prior sacrificii pars missa Catechumenorum, quia ea parte peracta mittebantur alta diaconi voce foras. Postea vero reliqua sacrificii parte expe dita post communionem Catholici Christiani dimittebantur eisdem ferme verbis Diacono dicente, Ite missa est, id est, missio aut dimissio est, vobis ire licet, Sicuti ex veteribus autoritatibus. idē Rhenanus explicat *in lib. de corona milit.* [Extat & dictio Missa, pro missione apud Papinianum *in l. vltim. passim. §. nuptia. ff. de adulter.*] Extatque D. Gregori testimonium de ea dimissione Catechumenorum *lib. 2. dialogorum cap. 23.* & multo vetustius Dionysii de eccles. hierarch. *capit. 3.* à quo ceteri acceperunt, quorum meminit Th. Waldensis *de sacrament. al. b. cap. 33. colum. vlt. idem S. Thom. scribit in 3. part. q. 83. artic. 4. ad 4. ex Concil. Carthageniensi quarto. capit. 84.* apud Gratianum *cap. Episcopus nullum, de conse. dist. 1.* Episcopus, inquit nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue Iudæum, siue hereticum vsque ad missam Catechumenorum.

[Scribit ad hanc D. Augustinus *trad. in Ioan. 96.* Sacramenta fidelium, et si catechumenis non produntur, non ideo fit quia ea ferre non possunt sed vt ab eis tanto ardentius concupiscantur, quanto honorabilius occultantur. Costat enim ex eodem tractat. loquente de Catechumenis, nullum ex eis admitti ad Eucharistiam, aut de Eucharistia doceri ante Baptismum. Idem docet de verbis domini sermone. 46. Nam de quibusdam, qui Catechumenorum & nondum renatorum typum gerbant, scriptum fuisse ait *Ioan. 2.* Ipse autem Iesus non credebatur se illis. Item retulit Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacram. part. 8 & 14.* constat denique Catechumenis minime licuisse Eucharistiam sumere, ex eodem Augusti. *lib. de pecc. merit. & remiss. c. 26.* Imo, neque illam intueri teste D. Blasio de Spiritu S. *cap. 27.* tradit Spencæus *lib. 1. de Eucharistia cap. 2.* Quamuis panis benedictus ac sanctificatus ex hoc differet à communi, Catechumenis daretur ex eod. Augusti *d. c. 26* qui quidem panis quandoque ab authoribus Sacramenti nomine honestabantur, eo quod sanctificatus per benedictionem esset, de quo tractauere Waldenses de Sacram. *c. 177.* & claud. de Sanctis, *lib. de Eucharistia, repet. 7.* post D. Christostomum *in opere imperfecto super Matthæum.* in Missarum solennitate dari laicis his, qui non communicabat, quemadmodum constat ex decretis Pii Pape *cap. 4.* & Iuone Carnotensis *2. part. c. 37.* referunt & ex aliis Stephan. Victorienfis *lib. de Eucharist. c. 16.* Soto. *num. 4. dist. 12 q. 1. art. 10.* & Gencbradus *in presul. ad ritus grecorum in 4. roma Bibliotheca Sancta.* Qui tandem vsus, & ad nostra tempora durauit idque sæpe vidimus nos Toleti factum fuisse. & hic panis benedictus dona vicissim, à Sanctis Patribus in Ecclesia veteri appellaturque *horreus à Paulino in epistol. ad Alipium. & in can. 14. Synodi Laodicena.* Sicut qui dabatur laicis loco communionis Eucharistia dicebatur *arsidupo,* & quamuis ad predicta huius dictionis Missa interpretatur dicebat Ant. Democartes, multa tamē tradit de

Catechumenorum exclusione *lib. de Missa. 2. par. 23.* Nec melius solere presbyteris vrbis Romanæ panem, quod dominicus mitti & sacramentum appellat Innocent. *1. in Epist. ad Decentium Eugubinum, cap. 9.* Qui quidem vsus de Eucharistia videtur intelligendus ex Eusebio *lib. 5. pictor. Eccles. 14.* idque tradit post alios idem Spencæus *lib. 2. de Eucharist. cap. 4.*

Quibusdam vero placuit, missam dici quali. transmissam, eo quod per sacerdotē, eiusque ministeriū fit hostia oblata, & missa in eo sacrificio sanctissimo, in quo preces, vota, oblationesque Deo transmittuntur à populis per ipsam sacerdotem, qui mediatoris vice inter Deum & hominem fungitur, quod Hugo *lib. 11. de sacramtis* scribit.

Andr. Alcia. *lib. 7. c. 10.* fortassis rectius, hanc dictionem ab Hebræis acceptā fuisse ceteris, apud quos missa oblationem spontaneam, quæ domino offertur, significat *Deuter. cap. 16.* & celebrabis diem festum Hebdomadarum domino Deo tuo missa. Id est oblationem spontaneam tuam. Mas etenim ab Hebræis dicitur oblatio voluntaria. Sic sane, Concil. Colonienſe in Enchirid. Christianæ institutionis de sacramento Eucharistia asseuerat vocabulum istud ex lingua Hebræa mutuatum fuisse, ad significandum quod Græci *ἀναφορά* dicere, id est, ministerium, sacrificiumque altaris. Quod & Dionys. alique veteres Theologi Synaxim appellauerunt, id est, collectum, qua fit oblatio spiritualis, que mediante sacerdote, quasi collecta, & adunata pro omnibus Deo offertur. Qua ratione diuus Ignatius in epistola sexta ad Smyrnenſes, huius dictionis meminit scribens nō licet sine Episcopo, neque offerre, neque sacrificiū immolare, neque missas celebrare. [Et quamuis ea dicitio potius tribuenda sit Latino interpreti, quam D. Ignatio, qui Græce scripsit, in Græco etenim codice legitur, *ἑσθῆς ἕνεκα*, id est, conuiuium sacrificii celebrare distributionem illam sacrificii Eucharistia solenni sacrificio Missæ ministrare. *hōi* etenim conuiuium significat *Luc. 5.* Græcum autem verbum huic nomini adiunctum frequenter ad sacrificia pertinet, etiam apud Ethnicos, qua ratione Latino interpreti sententia D. Ignatii peritissimè exprimere cupiens hac dictione,

Missæ, vsus est, significans & missam illa, in qua solus sacerdos communicat, & illam in qua fideles adstantes sacramentali Eucharistia perceptione communicant, de quibus sacrosancta Tridentina Synodus tractat *sess. 22.* Eandem fortassis rationem habuerunt & veteres Rom. Ecclesie, & totius orbis Pontificis, presertim Alexand. I. cuius superius meminimus, & idem apud Gratianum *de consec. dist. 1. c. 1. §. 1.* Quibus in locis primus, quod ipse sciam, eadem dictione vsus est, ex his quos Latine scripsisse constat: Nam & Clemens I. ante ipsum eisdem dictionis meminit *in epist. 3. cap. cunctis fidelibus. 16. q. 1.* quæ fortassis ex Græca in Latinam linguam & olim translata fuit. Sed & ex Latinis vtrius eadem dictione præter Alexan. paulo post Telephorus Papa *in c. 1. de sacrosancta. de consec. dist. 1.* passimque auctores Ecclesiastici eisdem verbi meminerunt, presertim D. Ambrosius *lib. 5. epist. 33. epist. D. item August. sermone de tempore. 25.* Damalus in Pontificali, & in Postice, ac Synodus Mileuitana *Canon. 12.* sed & inter historicos Paulus Diaconus in Theodosii, & D. Ambrosii historia, missarum solennia huic verbis commemorat. [Sic & Iulianus antecessor *in latina nauellarum epitome cap. 58.* quæ Græce Iustinianus dixerat in nouella, vt in priuatis locis aut domibus non liceat *ἑσθῆς ἕνεκα* *ἑσθῆς ἕνεκα* editio vulgata Authenticorum *col. 5. tit. 12.* latine, quæ sunt sacratissima agere aut sacra ministeria facere, sacram facere Missam transmitti. Iuliani vera retulit Iuo Carnotensis *3. part. cap. 191. c. 6. part. cap. 424.* quod & Ant. Aug. ad Iulianum adnotauit. Sic & Iulianus *noel. 7. §. 10.* Græcam dictionem *ἀναφορά* Missam latine trās tulit.] Eandem huius vocabuli interpretationem ex testimonio viri doctissimi Reuchlini probat Spiegel *in dictionario turis civilis, verb. missa.* qui & illud addit, Ioan. Calsand *lib. 3. cap. 7.* & S. Benedictus in sua *reg. cap. 17.* non satis eleganter missam pro fine, aut completionē alicuius rei accepisse.

[Verum post huius operis quartam editionem Matth. Galenus, *in tract. de sacrificio Missæ c. 2.* hanc istius dictionis ex Hebræa lingua deductionem omnino refellere conatur: sed hac de re iudicium sit penes eos, qui lingua Hebræa maiorem cognitionem habent Idem vero Matth. Galenus *in Cassiana no. & vegula D. Bened. c. 1.* Missam, dimissionem interpretatur, late probans deductionis rationem, quam nos ex aliis authoribus hoc in cap. adduximus ad verū vsq. in quo Alethi opinio-

opinione retulimus, quæ & Capnonis viri doctissimi auctoritati & iudicio innitur, a quo & Reuchlinus eam accepisse par est.]

Cæterum Albericus dictionem esse Græcam, & significare interpellationem. Fallitur etenim Græcæ linguæ ignorantia.

De his vero, quæ ad hoc sacrificium rite peragendum sumunt Pontifices, & sancti patres instituerunt, quæq. Catholica Ecclesia religiose obseruat, lector poterit Thom. Waldensem adire, qui de sacramentalibus lib. 4. tit. hoc munere diligentissime fungitur. Cui duo ipsi libenter addiderim, primum apud Gratianum vulgo circumferri Bonifacii martyris Apodhegmata aliter, quam ab ipso auctore fuerit scriptum, & absq. villo sensu, in cap. vasa. de consec. dist. 1. de quibus, inquit, Bonifacius martyr, & Episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere, respondit: Quondam sacerdotes, non aurei, sed ligneis calicibus utebantur. Est enim hic locus ex ipsius Bonifacii epistola legendus his verbis: Quondam sacerdotes aurei, ligneis calicibus utebantur, nunc lignei sacerdotes aureis calicibus vtuntur. Quem locum Ant. Demochares, And. Alc. 7. parerg. c. 23. & B. Rhenanus ad Tertulian. de corona milit. restituerunt, & restitui potest, vt modo dicebam ex ipsius Bonifacii epistola, & ex Concil. Triburen. c. 18. atque ite Burchardo. lib. decretorum. 3. c. 22. Huius etiam memorabilis sententiæ meminit Stephanus Witoniensis Episcopus in eo lib. quæ aduersus hæreticos, de sacramento Eucharistie scriptis, obiectio. 54. qui ex Optato, Ambrosio, Chrysostomo, & Theophylacto probat veteres etiam aureis calicibus vsos fuisse.

Alterum ad ea verba pertinet, quæ ex institutione Ecclesiæ, & sanctorum Pontificum Græce pronuntiatum missarum celebrationibus, dum dicitur Kyrie eleison. Nam & gentiles his verbis vsos fuisse in captandis Auguriis constat ex Arriano li. 2. de Epicteto, c. 6. etenim aduersus illos, qui acturi iter auguria captant inquit. Nunc trememes aunculam tenemus Deumque inuocantes precamur: *Κυριε ελεσον, Domine miserere, pernite mihi exire. O mancipium, cur aliud vis, quam quod sit melius, quid autem melius, quam quod Deo vsusum fuerit? cur pro tuis viribus corrumpis iudicem, perneris consiliatorem.* Hæc Epictetus, quæ commemorare volui ex eo, quod locus ille insignis morem gentiliū in obseruandis omnibus explicauerit. De his vero dictionibus Waldensis ex D. Gregorio admonet à clericis Latinis Græce pronuntianda fore, idque latis apparet, quia secundu Græcam coniugationem verbum pronuntiat, & ideo accentu, & pronuntiatione Græca sunt profærenda, accentu quidem posterioris dictionis in ante penultima, non in penultima, cum id manifeste repugnet Græcæ pronuntiationi, eademque posterior vox ita est profærenda, vt in penultima sonus seruetur vocalis, i. nam eo modo communi vsu pronuntiat, & Græcis, tamen apud Latinos qui latine loquuntur, & pronuntiant, ea vocalis mutetur in elongum, qua quidem pronuntiatione vsi fuerunt olim & Græci, sed obtinuit vsus, etiam Græcæ linguæ doct. virorū vt ea litera, ac si esset i, longum, pronuntietur. Igitur nullo pacto pronuntiandum erit Eleison, sed Eleiōn pro sonum i, & accentu in ante penult. Hæc, fateor, leuia sunt, sed nihilominus obseruanda quandoque, quia in his minutissimis sunt acriter ineusandi, qui ex priori dictione vltimam vocalem Euphonia causa reiciunt, vt tanque vocē in mortem vnicæ dictionis pronuntiantes. Id etenim fit ab his, qui Græce pronuntiant vel scribunt, reiciunt liquidē alteram, vocalem plerumq. propter sequentē, signaturq. hæc dictionis passio apostropho, quæ est nota reiectæ vocalis propter sequentem vocalem. Quod Græci passim adnotant, super consonantem vlt. precedentis dictionis, quandoque super vocalem, ideoque dicitio prior Kyrie potest passionem istam nō admittere, atque pronuntianda est absq. vlla vocalis elisione, potest tandem & cum abiectione vltimæ vocalis profærrī *Κυριε ελεσον, vt ἡ ἀρχὴ ἐδουκὴ μὴ εἰς ἀρχαίῃς.*

CAPVT XXIII.

De purgatione Criminis vulgari, quæ fit candenti ferro.

Extat Honorii tertii responsum lib. 5. decretal. rubric. de purgatione, quo damnatur omnino illa criminis purgatio qua templarii milites, & alii, qui secularem ac ciuilem iurisdictionem in Liuonia obtinentes, erga eos, qui nuper sacrum baptismum susceperunt, utebantur cōpellentes ho-

mines sibi subditos, si quando criminis alicuius suspicio incidisset ferri candentis iudicium subire, quibus si qua exinde aduultio contingeret, ciuilem penam infligebant. Eandem criminis examinationem multo ante Honorium III. [Stephanus V. damnauerat, vt constat ex c. consuluisti. 2. q. 5. Fortassis & de eadem retractauit lex Caldaria: cuius metio extat in Gothorū legibus l. 6. tit. 2. l. 3. Fori. Sed & hunc purgationis modum, ad probandam virginalem innocentiam sponte expertam legimus apud Cuspinianum in Egudem vxorem Henrici Imperatoris huius nominis II. idem tradit Alb. Crantz. l. 4. c. 5. metropoleos. Verum quia rara est apud veteres huius purgationis mentio, libuit ad eius cognitionem, quæ quandoque apud Sophoclem legissem, adnotare. Etenim cum Creon publico decreto mortisque pena indicta, corpus Polyniciis sepeliri prohibuisset, & Antigone clā fratrem sepulchro tradidisset, custodes regii grauer, acriterq. inculari à se ipsi, quod culpa vnus foret, nō omnīū, custodia per noctis partes cuiuslibet distributa, cumq. diligēter de ea re inquisitionē fecissent, nunciū Creonti regi miserunt, qui præter alia, & hæc in eorū excusationem dixit.

*Καὶ σὺ τὴν μητέρα, καὶ τὸν πατέρα τὸν ἐδίδου.
ἦσαν δὲ ἕταροι καὶ ποδοὶ ἀνὴρ ἕταρος
καὶ πόρ διερων, καὶ δὲ ἀρχαίῃς, καὶ
το μωτὴ ἄρτων, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν ἐπιπέδων
καὶ πρὸς τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν ἐπιπέδων.
Nemoque deprehensus est, nosque latuit.*

*Sumus vero parati & candens ferrum manibus tollere,
Et per ignem serpere, Deosque iurare,
Nec fuisse, nec fuisse conso.*

Eius, qui de hac re consilium habuerit, nec eius, qui eam fecerit.

Cuius equidē loci interpretatio duplex est apud Sophoclis scholiasta. Prior sane locum istum ad morem illum, & iurandi ritum refert, quo pacilcentes, & iuraturi tollūt ferrum candens, deosq. precantur, fœdera ac iuramenta inuiolata manere donec ferrum illud appareat, ideoq. aut orbes quosdam vel globos ferri igniti, & candentis, in mare profundum prouiciunt. Cuius rei mentio fit à Callimacho, & Plutarcho in Aristide, inquit enim, Aristides Atheniensis nomine iuratus, ceteros Græcos sacramento adigit, vtq. rectum fœdus firmatur, post execrationes, quas in perfidos fieri mos erat, ignotos ferreos orbes in mare contiecit, vbi interpretes ignitos ferreos orbes Latine dixit quos *μυδρον* dixere Callimach. Sophocles & Plutarch. Posterior vero interpretatio, quæ magis cōuenit Sophocli, & huic Pœticio respōso, ex eo deducitur, quod qui fidē sibi iurantibus haberi aliqua de re graui postularēt, cōstenuissent ignitum ferrū manibus tollere, & super ignē ambulare, putabant enim minime dolorē aliquid sensurū eo experimēto qui veritatē dixisset: eratque certæ fidei, & innocentie signū maximū, ab eo periculo illatū quenquā euadere. Hęc ex Sophocli. Callimach. Plutarch. & ipsius Tragediæ cōmentariis Suidas *μυδρον* interpretatur *ferrum ignitum, etusq. massam candentem.* refertq. Anaxagorā Philosophū dixisse, solem esse ignitū lapidē, & Maiorem Peloponneso. Igitur Anaxagoras affuecras solē *μυδρον* esse, orbē ignitū intellexit, auctore Suida. idē scribit Plutarch. lib. 51. de placitis Philosophor. c. 20. quo in loco Budæus *μυδρον* interpretatur globū ferri candentem, aut saxum ignitum. Hoc ipsum in Anaxagora & Laërtius scripserat. Ioseph. vero l. 2. contra Appionem de eodem agens Anaxagora, *μύλον δουκένον* dixit, nempe molam ignitā. Herodot. *πρὸς γὰρ τὰς ἑσπέραι, καὶ μύδρον ἀδύρουν καὶ τὸ πρὸς ἡμέραν, ἵνα ἴσμεν ὅτι πρὸς τὴν ἡμέραν ἵδμεν πρὸς τὴν ἑσπέραι ἀδύρουν.* Præter hęc, inquit, globū ferri candentē in mare miserunt funditus, & iurant nō prius in Phocæam ituros, quam globus is ferreus appareret. Sed & purgationis, quæ ferro candenti fit, ex quibsdam Annalibus meminit Iacob. Cuiat. in feuda. lib. 1. titu. 1. & eiusdem etiam mendationem fecit Georg. Pachymeres, vt constat ex eius fragmentis, lib. 1. l. Meminit & Cicero in Verum actione 5. laminarum candentium, & Valerius Max. lib. 3. c. 3. in eodem sensu inter tormentorum ac carnificum instrumeta: laminarum mentionem fecere Lucret. li. 3. & Plaut. Que tamen ni fallor minime pertinent ad purgationem, cuius in hoc capite originem tradere conamur. Quintilianus declarat. 18. quæ infamis in matrem inscribitur, & alii, quorū meminit Carolus Sigonius lib. 3. de iudiciis, c. 18. meminit & purgationis per aquam calidam & ferrum candens. Ioannes Auentinus lib. 4. annalim. quo in loco tradit verborum formam, quæ, vt is existimat ferrum & aquam ad hanc purgationem consecrabatur.]